



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

Non falsum testimonium dices. de iudice cap. 56.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

# DE OCTAVO Præcepto.

*Non falsum testimoniū dices.*

De Iudice. Cap. 56.

**I**VSTVS Iudex quatuor habere debet: potestatem, veritatem, formam, & vim executionis.  
**I**\* Potestas debet esse vna ex istis. Ordinaria, delegata, arbitraria, accessoria, altera autē horū deficiente, qui se iudicē constituit, vel cum aliquam illarum habeat, non tamen in illū de quo iudicat, peccat mortaliter & tenetur ad restitutionem, vt si v. c. Iudex

secularis velit exercere iudicium,  
in Clericum, nisi in istis casibus.  
\*Primo, Cui clericus est degradatus  
& traditus brachio saeculari. \*Se-  
cundo, Cum Episcopus in causa ci-  
uili eius rei facit potestatem, non  
autem in criminali. \* Tertio, Cum  
Clericus conuenit saecularem co-  
ram iudice saeculari, & reus rec-  
uenit clericum coram eodem iu-  
dice, & hoc tantum in causa ciu-  
li, in aliis nam etsi Clericus possit  
saecularem coram iudice saeculari  
conuenire, ipse tamen conuenient  
non potest coram illo, \*Veritas in  
eo consistit, ut dicat id quod res est,  
vel quod existimat esse, "scientia  
publica, Iudex enim non ut per-  
sona priuata sed ut publica, nem-  
pe ex allegatis, & probatis, adhibi-  
ta tamen prius omni diligentia ad  
veritatem detegendam, in causa  
quidem ciuili debet sententiam fer-  
re, in criminali vero etiam potest,  
licet per scientiam priuatam sciat eum

qui probatur reus innocentem esse, forma in ferenda sententia est, ut feratur secundum iura & leges, ut pœnæ quantitas, & alia præparatoria, & executionem comitantia obseruentur, vis executio-  
nis, ut pœnas legis in fontes ferat,  
quas non potest remittere si sic in-  
ferior, si autem princeps supremus,  
tunc tantum potest, quādo vel ac-  
cusator remittit, vel persona est  
Reipublicæ admodum necessaria.

De Accusatione, & Reo. Cap.  
57. & 58.

**N**emo tenetur accusare, nec denunciare peccata iam fa-  
cta quæ actu non sunt, ma-  
lefactore pœnitente, nisi præcesser-  
it infamia, vel aliqua probatio, &  
iuridicè à iudice interrogetur. Cū  
peccatum est contra bonum cō-  
mune, seu contra tertiam perso-